



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

2 Ne sis sapiens apud te ipsum. Time Dominum, & recede à malo. Prov. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

REGULA SECUNDA.

Ne sis sapiens apud remetipsum. Teme Dominum & recede à malo

Prov. 3.

PARAPHRASIS.

Non sis sapiens tali modo, ut nemo nisi tu solus hoc credas, & non concipias tibi aliquam Sapieniam, cujus tu es primus author, & quam ex tuo capite solus formasti.

Recordare, quod nulla alia sis Sapiens quam illa antiqua & vera; hoc est timere Deum, & nihil facere contra leges conscientia & rationis.

REFLEXIO.

NUnquam tibi imaginaris, quod sis homo alicujus meriti, solus sis, quod hoc ignorat, & qui nihil dicat.

Quicumque sibi imaginatur quod sit sapiens, non diu erit, & quamprimum hoc dicit, non est amplius, & forsitan nunquam fuit.

Quilibet homo debet ignorare suas perfectiones, ad minimum non debet eas considerare, aut mente revolvere.

Qui

Quia sumus naturæ spiritualis, oportet ut omnes nostræ actiones alicujus æstimationis & amicitia, aliquam quasi indifferentem à nostra tangant personam.

Timeamus nobis placere, ne nulli alteri quam nobis placeamus; & si volumus, ut amemur, simus solliciti ne apud alios in suspensionem incidamus, quod credamus, nos debere amari.

Uno verbo, ~~nos~~ter oculus & nostra lingua non sunt pro nobis, sicut nec nostrum cor: de se enim solo loqui, non est minor stultitia, quàm secum loqui; se aspicere non plus valet, quam se ipsummet amare, & forsitan ejusdem periculi est cognoscere, id quod boni aliquis habet, quam ignorare quod quis mali possidet.

Idem est de virtute & pulchritudine nostræ animæ, quàm turpitudine & nuditate nostri corporis; debemus hæc occultare nostris oculis; nec minus criminale est, ad unam vel alteram ex his oculos suos figere; omnes enim similes aspectus sunt aspectus immodesti, pudor & honestas oculos suos avertunt, & ipsa natura æqualiter erubescit. RE-

Confilia
Sapientie
Omn
41 a

